



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Capitularia Regvm Francorvm

Additae sunt Marculfi monachi & aliorum formulae veteres, & Notae
doctissimorum virorum

Baluze, Etienne

Parisiis, 1677

XCIII. Literae Herardi Archiepiscopi Turonensis de dote Ecclesiae Trojanae.

urn:nbn:de:hbz:466:1-22974

X C I.

*Commutatio inter Bernardum Comitem
Arvernensem & Lanfredam Abbatem
Mauziacensem.*

An. 864.
Ex chartulario Ec-
clesie Bri-
vaticis
cap. 217.

In ter quos caritas illibata permanferit, pars parti beneficia opportuna praefiantur; quia nihil sibi de rebus propriis centuri minuandi quod è contra recipit in augmentum. Ideoque placuit pro utilitate utratunque parvum venerabilem Bernardum gratia Dei Comitem, nec non & uxorem suam Ermengard. m. seu Lanfredo Abbate ex cōnicio Mauziaco, qui est in patria Arvernica, in aice Rijovenese, confructus in honore beati Petri Apostolorum principis & sancti Caprasij martyris, ubi moderno tempore beatus Stremnius martyr primus Arvernorum Episcopus & predicator corpore requiescit, unā per consensum monachorum ibi consenserunt, ut res congrua tam ecclesiasticas quam ex aloes unā cum consensu & praeceptione gloriosissimi ac excellētissimi Regis Karoli & Rodulfi Episcopi inter se commutare & concambire debuerint, quod ita & fecerunt. Prior namque dedit Lanfredus Abbas cunctaque ejus congregatio partibus Bernardo Comiti & uxori sua Ermengardi ex rebus sancti Petri & sancti Caprasij in comitatu Briavente, in vico Briate cellulam unam in honore sancti Praejecti dedicatam, ipsam cellulam curtis & mansus & hortis & campis & pratis 11. & campum unum ipsi Ecclesiae adhaerente & atraria 1. vel quantumcumque ad ipsam calam Dei aspicit vel aspicere videtur. Et in alio loco, ubi dicitur villa Maceriacum, mansos 1 v. & vineam unam cum aratriis, cum hortis & campis & pratis, cultum & incultum, questum vel quicquid ad inquirendum est, vel quantumcumque ad ipsos mansos aspicit vel aspicere videtur, hoc est, ab ipso vico usque ad castellum, vel quicquid ex ratione praecepti monasterij legi liter obtinetur, totum & cum omni integritate dederunt Lanfredus supra nominatus Abbas suique monachi Bernardo Comiti & uxori sua Ermengardi. Similiter in compensationem hujus rei meriti supradictus Barnardus Comes & uxor ejus Ermengardis pariter consentientes dederunt partibus Lanfredi Abbatii suisque monachis ad opus sancti Petri & sancti Caprasij Ecclesiam que est in honore sancta Mariae construenda Iustiaco villa, cum mansis & hortis & pratis & vineis & aratriis. Similiter & in villa Lubriaco mansum & hortum cum aratria 1. & patello 11. Item & in villa Dignaciaco campos 11. Hæc omnia superius nominata, quantumcumque ad Ecclesiam ipsam aspicit, vel quantumcumque Donatus Clericus viuis fuit habere, vel quicquid Bernardus Comes & uxor ejus vii sunt per aetatem ibi adquisivisse, totum & cum omni integritate dederunt praedicto monasterio suisque rectoribus. Ita tamen ut inquisque de hoc quod recipit post hac die faciat jure ecclesiastico quicquid voluerit. Et est præcripta Ecclesia in eadem patria Arvernica, in vicaria Randanense. De repetitionibus vero in

commutationibus p̄enæ inserere necesse non est. Sed tamen per studij firmitatem, si unquam tempore par contra parem suum præsentium five fututorum de eisdem duabus commutationibus uno tramite conscriptis ullam calumniam generare præsumplerit, his pettio nullum habeat effectum, sed infuper componat duplum tantum quantum ipse res meliorata valuerint, & haec commutations omni tempore inviolabiles permaneant cum omni integritate. Factæ fuerunt commutations istæ die labato, in mense Ianuario, anno xxiv. regnante gloriosissimo Karolo Rege Francorum five Equitanorum, Signum Lanfredi Abbatie, Signum Ingilbertus Præpositus.

X C II.

*Karoli Calvi præceptum de insula Sequana
vicina Ecclesie Parisiensis.*

In nomine sanctæ & individuæ Trinitatis, Karolus gratia Dei Rex. Si rogationibus fæcero-
rum Chilii in honore Eccleiarum sibi credita-
rum autem celstitudinis nostra inclinamus, regiam
confutundinem exercemus, & ad salutem animæ
nostra idipsum pertinere proculdubio novimus.
Itaque notum sit omnibus sanctæ Dei Ecclesie
fidelibus & nostris præstantibus atque futuris quia
ad supplicem petitionem Aeneæ venerabilis Par-
isiensis Episcopi reddimus insulam quandam eidem
civitati in orientali plaga contiguam atque viciniorum Ecclesiarum sanctæ Dei genitricis & semper
virginis Marie, que siquidem, præter nonam &
decimam, ante uibus habebatur & dominio Co-
mitis ipsius civitatis & regionis. Vnde etiam præ-
centientia nostra præceptum hoc restitutioonis seu
restauracionis fieri iussimus, per quod statuimus
atque firmamus ut memorata insula sine coju-
pian Comitis inquietatione aut sollicitatione, ve-
luti præsignatum est, dominio Episcopi fides Pa-
risij civitatis & servorum perpetua lege subjaceat
corumque dispositioni sicut alia res dominacionis
ipsorum Domino auxiliante semper subsistat, ne-
mine contradicente, aut qualibet inventione re-
pente. Ut autem hæc restitutioonis five conditionis
nostræ de supradicta insula præceptio semper
in Dei nomine meliore obtineat vigorem, de an-
ulo nostro subter eam iussimus sigillari. Hildebol-
dus Notarius ad vicem * recognovit. Datum x.
Kal. Maii Indictione x. v. anno xxvii. regnante
Karolo glorioſissimo Rege. Actum Compendio
in Dei nomine feliciter. Amen.

X C III.

*Litere Herardi Archiepiscopi Turonensis
de doce Ecclesie Trojane.*

Ecclesiam sanctam Dei matrem fidelium dici
cāmque sponfam vocati nemo fidelium am-
bitigit. Prouinde ego in Dei nomine Herardus fan-
ctæ metropolis Turonica fides nullius suffragij Turon-
merito Archiepiscopus, dum de more canonico fit
parochiam nostram circumremus anno incarna-

An. 867.
Ex parvo
chartula-
rio Ecclesie
Parisienſis.

tionis Dominicæ D C C L X V I I . Indictione 1. anno quoque ordinationis nostræ 1 x . devenimus ad quendam locum nomine Troium prope monasterium Cormaricens supra fluvium Angueram in honorem beatissimi confessoris Martini infra diocesum nostram antiquius à prædecessoribus nostris constructum ; cuius stacum & facultatem perquientes , reperimus eundem locum absque dote & nondum decimatum habentem legitimam cessionem . Cujus denique loci stabilitamentum & honorem tractantes , adhibito nobiscum assentu & consilio seu juvamine & deprecatione nobilissimi Dei amicorum timentis Cormaricensis canonib[us] Abbatis Audachri , similique reliquorum ejusdem monasterij monachorum , ipsum locum secundum qualitatem instaurare curavimus , confirmingo eidem loco sub dotis scriptura & largitione prelatis Abbatis in ipsa villa quatras 1 1 1 . de prato aripennos 1 1 1 . & fatinarium 1 . in altero vero loco , in villa que dicitur Feriacus , inter vineam & terram aripen . 1 . & femis . &c. Data Idibus Novembri anno regnante Karolo Rege serenissimo .

X C I V .

*Preceptum Karoli Calvi de Nantriac*o*
villa Ecclesiæ Parisiensis.*

An. 868.
Ex parvo
chartulario
Ecclesiæ
Parisiensis.

IN nomine sanctæ & individus Trinitatis . Karolus gratia Dei Rex . Si petitionibus fæc[t]orium Dei &c. Itaque notum sit omnibus sanctæ Ecclesiæ fidelibus & nostris praesentibus atque futuriis quia venerabilis vir Aeneas Parisij Episcopus columnis nostri reverenter adiens sublimitatem , humilitatem deprecatus est ut Ecclesiæ sibi commissæ fædæ fidei in honore Dei genitricis & semper virginis Mariæ fundatae auxilium præbere , cujus res ex maxima parte paganorum veneratione consumptæ & allaptae videbantur , ita ut nec sacra loca ipsi sanctæ fedi pertinentes restituiri ac reformati *olerentur , neque servi Dei in eisdem degentes vivere ac sustentari possent . pro quo multiplicebus rogationibus efflagitavit quandam ejusdem Ecclesiæ villam in pago Pictevo secus fluvium Clunium sitam Nantriacum sibi reddere dignaremus , reddendisque restituere non negaremus . Non inquam , ut credimus , divina inspirante gratia ad supplicationem ejus auditum benignum accommodantes , non abnuendum fabubribus admonitionibus ejus ratum omnino duximus . Unde & certitudinis nostræ præceptum hoc fieri jussimus , per quod memoratam villam Nantriacum , cum Ecclesiæ & reliquis ædificiis , cum familia utriusque sexus , cum terris quoque cultis & incolitis , vineis , pratis , silvis , aquis , aquarumque decursibus , molendinis , pascuis , egressibus & regressibus , cùmque omnibus rebus que dici aut nominari possint eidem villa pertinentibus , memoratæ lanctæ fedi Parisij præfatoque Aenea Episcopo pure ecclesiastico aeternaliter habendam restituimus . Videbatur ut fine cuiusdam contradictione aut inquietatione antedictus Episcopus & successores ejus candem villam cum summa inte-

* valorem

An. 867.
Ex parvo
chartulario
Ecclesiæ
Parisiensis.

gritate teneant atque possident , & canonica ordinatione ad honorem & utilitatem atque necessitatem prescriptæ sanctæ sedis libera potestate disponant ; scilicet ut quicquid ex ea esse poterit , eisdem sacro loco in voluntate Dei proficiat semper in honoris augmentum , & anime nostræ profit in adjutorium . Ut autem haec munificentia nostræ relitutio pleniorem semper & inviolabiliem in Dei nomine obtineat firmatatem , manu propria ei subscriptimus , & de bulla nostra signari eam jussimus .

Signum Karoli glorioissimi Regis .
Hildegobodus Cancellarius ad vicem Gozleni recognovit .

Datum xv. Kal. Aprilis Indictione 1. anno xxviii . regnante Karolo glorioissimo Rege .
Actum Silvanætis in Dei nomine feliciter .
Amen .

X C V .

Veteres litaniæ descriptæ ex libro precum Karoli Calvi Regis Francorum , qui nunc extat in bibliotheca Colberiana .

INCIPIT LAETANIA .

Kyrieleyon . Ter. Sancte Tiburti . Ora .
Christe eleyon . Sancte Valeriane . Ora .
Ter . Sancte Fabiane . Ora .
Christe audi nos . Ter . Sancte Sebastiane . Ora .
Sancta Maria . Ora . Sancte Cornelii . Ora .
Sancta Michael . Ora . Sancte Capriane . Ora .
Sancta Gabriel . Ora . Sancte Vitalis . Ora .
Sancta Raphael . Ora . Sancte Gervasi . Ora .
Sancta Petre . Ora . Sancte Protaci . Ora .
Sancta Paule . Ora . Sancte Marcelline . Ora .
Sancta Andrea . Ora . Sancte Petre . Ora .
Sancta Iacob . Ora . Sancte Prote . Ora .
Sancta Iohannes . Ora . Sancte Iacinde . Ora .
Sancta Thoma . Ora . Sancte Hermes . Ora .
Sancta Iacob . Ora . Sancte Saturnine . Ora .
Sancta Philipe . Ora . Sancte Firmine . Ora .
Sancta Bartholomee . Sancte Georgi . Ora .
Ora . Sancte Bonifaci . Ora .
Sancta Matthee . Ora . Sancte Maurici cum fo-
ciis tuis .
Sancta Symon . Ora . Sancte Geron cum fo-
ciis tuis .
Sancta Tadee . Ora . Sancte Geron cum fo-
ciis tuis .
Sancta Mathia . Ora . ciis tuis .
Sancta Marce . Ora . Sancte Cosme . Ora .
Sancta Luca . Ora . Sancte Damiane . Ora .
Sancta Barnaba . Ora . Sancte Theodore . Ora .
Sancta Timothee . Ora . Sancte Benigne . Ora .
Omnes sancti Apostoli . Sancte Eustachi . Ora .
Orate . Sancte Menne . Ora .
Sancta Stephane . Ora . Sancte Albine . Ora .
Sancta Line . Ora . Sancte Cucuphas . Ora .
Sancta Clete . Ora . Sancte Peregrine . Ora .
Sancta Clemens . Ora . Sancte Quintine . Ora .
Sancta Dyoniſi . Ora . Sancte Marcelli . Ora .
Sancta Rustice . Ora . Sancte Lanberte . Ora .
Sancta Eleutheri . Ora . Sancte Crispine . Ora .
Sancta Sixte . Ora . Sancte Crispiniane . Ora .
Sancta Laurenti . Ora . Sancte Christophore .
Sancta Ypolite . Ora . Ora .